

### PAVLVS DE PALACIO

plicauero, audies. ¶ Quartum tempus est à  
4. Reg. 15. morte Zachariæ prædicti, usque ad cœssatio-  
4. Re. 17. nem regni Israëlitici, quæ contigit sub Os-  
sego ultimo Israeli rege. Hoc quarto tempo-  
4. Re. 15. re Gens Israeliæ, à Sennacherib Assyrio  
viata, Assyriis regibus tributa pendens, vo-  
catur à nostro Prophetæ secunda fornicariæ  
proles. fœmina quidem illa, ut quæ alieno  
regi se subiecerat, & vocatur à Deo Sine mi-  
sericordia: quia nunquam in suum statum  
4. Re. 17. & honorem, erat reparanda. ¶ Quintum  
tempus est à regno Israëlis destructo: Israë-  
litis in Babiloniâ abductis: & Babylonijis in  
4. Regum. Israëliticum regnum adductis. Quorū mo-  
17. 9. res & cultum Israëlitæ, qui remanerant,  
imbiberunt. quo circa meritissimè popu-  
lus huius quinti temporis, fornicariæ Sy-  
nagogæ filius afferitur, & à Domino Deo,  
Non populus meus, nominatur. Ergo post  
Oseam tres status habuit populus Israeli,  
Primus à Iehu rege ad eius abnepotem Za-  
chariam. In quo statu populus liber fuit, i-  
deò filius masculus à propheta vocatur. Se-  
cundus fuit à Zacharia usque ad cœssationem  
regni Israeli. In quo statu popu-  
lus victus alieno Regi tributa peperit,  
ideò filia à propheta nominatur. Ter-  
tius status fuit à cœssatione prædicta. in  
quo populus Israeli exiguus miscetur  
validis gentilibus, ideò filius dicitur ab  
Osea. ¶ Per hæc arbitror obscurissimam  
prophetiam, claram nunc esse. Iam ad tex-  
tum.